Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

heth Accinxit fortitudine
lumbos suos et roboravit
brachium suum Teth Gustavit et
vidit quia bona est negotiacio
eius non extinguetur in nocte
lucerna illius Ioth Manum suam
misit ad fortia et digiti eius
apprehenderunt fusum Caph Ma-
num suam aperuit inopi et
planas palmas suas exte-
ndit ad pauperem lamech Non
timebit domui sue a frigore
nivis omnes enim domestici
eius vestiti sunt duplicibus
Mem Stragulata al' stragu-
lam vestem fecit sibi byssus
et purpura indumentum eius
Nun Nobilis in portis
eius vir quando sederit cum sena-
toribus terre Samech Sindonem
fecit et vendidit et cingulum
tradidit chananeo Ayn For-
titudo et decor indumentum
eius et ridebit in die novis-
simo Phe Os suum aperuit
sapientie et lex clementie in lingua
eius Sade Consideravit semitas
domus sue et panem ociosa non
comedit Coph Surrexerunt filii
eius et beatissimam predicaverunt
vir eius et laudavit eam
Res Multe filie congregaverunt
divitias tu supergressa es universas
Syn Fallax gratia et vana
est pulchritudo mulier timens
dominum ipsa laudabitur Taw Date
ei de fructu manuum suarum
et laudent eam in portis
opera eius Explicit parabolarum
liber Incipit ecclesiastes
prologus

Memini me ante hoc
ferme quinquennium cum
adhuc Rome essem
et ecclesiasten sancte Blesille legerem
ut eam ad contemptum huius
seculi provocarem et omne quod in
mundo cerneret putaret esse
pro nichilo rogatu ab ea ut in
morem commentarioli obscura queque
dissererem ut absque me possent
intelligere que legebat Itaque
quoniam in principio nostri operis sub-
ita morte subtracta est et non
meruimus o Paula et Eustochium
talem vite nostre habere consortem
tanto quod vulnere tunc perculsus
obmutui Nunc in Bethleem
posita augustiore videlicet
civitate et illius memorie
et vobis reddo quod debeo hoc
breviter admonens quod nullius aucto-
ritatem secutus sum sed de
hebreo transferens magis me
septuaginta interpretum consue-
tudini coaptavi in hiis dum-
taxat que non multum ab he-
braicis discrepabant Interdum
aquile quoque et simachi et theo-
docionis recordatus sum ut
nec novitate nimia lectoris studium
deterrerem nec rursum contra conscientiam
meam fonte veritatis omisso opinionum
rivulos consectarer.